



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Succinctam Doctrinarum Asceticarum Svmam Comprehendens - Quam
ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac
subsidiū

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

§. 1. De Virtute.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](#)

venientem in hunc mundum, & absolutissima virtutis ac sanctitatis idea, in tali exercitio imitante præcipue proponat, atque adeo ab illo, qui ipse qui Joan. 14. dixit: *Ego sum via, veritas, & vita, non venit ad Patrem, nisi per me: illuminetur ad similitudinem meam.*

CAPUT I.

DE VIRTUTE ET BONIS OPERIBUS
IN GENERE.

§. I.

De Virtute.

I. **E**ST habitus, seu bona mentis qualitas nos applicans, ut nos reddens ad bona opera secundum rationem efficienda; de qua Sequentia Ascetæ spacio litera breviter sunt scienda.

II. Primum est, ut cognoscat proprietatem meam, indicia virtutis solidæ, quarum tres sunt præcognoscibilis. Prima est, ut sit pura, id est, ex legitimo motivo elocentiam ut eleganter S. Augustinus dixit, Virtutes nostræ sunt ficiis, sed finibus distinguuntur. Officium autem quod faciendum est, finis verò, propter quod faciendum est. Cùm itaque facit homo aliquid, peccare ut videtur; cùm autem non propter hoc facit, propter quod facere deberet, peccare convincitur. Ut si damna sciat, qualis finis præfigendus sit, paulò post adducatur. Absit autem, ut virtutes veræ cuiquam serviantur, & cibi illi, vel propter illum, cui dicimus: Domine DEU^s precor, virtutum converte nos; proinde virtutes, quæ cam per libus delectationibus, vel commodis & emolumenibus quæ corporis.

tissima corporalibus serviunt , veræ esse non possunt. Quæ
tio imitatur em nulli rei servire volunt , nec ipsæ veræ sunt. Ve-
qui ipse & quippe virtutes DEO serviunt in hominibus , à quo
vita donantur hominibus. Altera proprietas est , ut discre-
etur ad ea sit : nam discretio , teste S. Laurentio Justin. omni
virtuti ordinem ponit , modum tribuit , decorem &
perpetuitatem confert. Imò non solum virtus est , sed
virtutum moderatrix , ordinatrix affectuum , & doctri-
na morum , quæ fixo gradu possessorem suum perdu-
cit ad Dominum ; nulla enim virtus perfici potest sine
discretione. Tolle hanc , & virtus vitium erit , ipsaque
affectio naturalis in perturbationem magis converte-
tur , exterminiumque naturæ. Hæc virtus lucerna est ,
in viam Paradisi dirigens. Hæc bona Domini multi-
is nos applicat nobis commissa , thesaurus quippe desiderabilis
dum in tabernaculo prudentis , sed imprudens homo diffi-
cet & spabit. Porro discretio ista in eo consistit , ut medium
ubique teneatur , nam , ut rectè S. Bernardus discurrit ,
medium vitiorum virtus tenet , ac proinde sedula eget ,
& præcō non solum putatione , sed circumcidione ; alioqui ve-
tivo elendum est , ne circumquaque à lambentibus , vel po-
ates non tū rodentibus vitiis illa , dum nescis , paulatim elan-
autem queat , aut , si supervenerint , suffocetur. Unum in hoc
quod fac discriminē consilium est , observare diligenter , & mox ,
peccare ut renascentium capita apparebunt , prompta severi-
tate succidere. Aliud ad discretionem hanc obtinen-
Ut si dam medium S. Gregorius suppeditat sequentibus
post add verbis. Semel virtutum sensus , hoc est , pondera ,
viant , & quantiquæque sit virtutis actio ac qualis , melius
ne DEU preces , quām discussiones inveniunt ; nam ea , quæ
qua car perscrutari in nobis ipsis nitimur , sæpe verius orando ,
olument quām investigando penetramus , cùm enim mens ad
corporis alta

alta per quandam contemplationis machinam ~~com~~
tum, omne, quod ei de ipsa occurrit, sub seipla ~~ter~~
cando certius contemplatur. Sed & Cassianus tas
hoc in negotio Symbolam conferens ait: Nullus ha
decipi poterit quisque, si non suo judicio, sed mfru
rum vivat exemplo: nec valebit ignorantiae ejus ob
hostis illudere, qui universas cogitationes nalc
perniciosa verecundia nescit obtegere, sed eas ma
examine Seniorum vel reprobat, vel admittit. ~~com~~
est, ut constans sit; id est, non tantum prospere ~~S~~
sed etiam adversitatis tempore exerceatur: quam le
priatatem apte nonnulli binâ similitudine explic
quarum prior ex facie fucata & naturaliter pulchritudinem ~~tu~~
desumitur, nam sicut illa superflua aqua calidi
lorem, & cum his etiam decorem amittit; ha
tem non conservat modò pulchritudinem, sed e
auget, ita vera virtus in infirmitatibus & adversi
ficitur, falsa vero deficit, & vitium suum prodit, ~~qui~~
sterior ex pastillis (Rauch-Kerzlein) pulverem ~~virtu~~
tum, vel materiam pro grato fumo excitando ap
desumitur, quarum illæ igni admotæ undique ~~no~~
mas, & ingratum odorem spargunt, hæ vero c
stantem lucem, & suavem odorem amittunt; ita na
& homines virtuosi etiam inter adversa sibi constan
lucem ac odorem boni exempli præbent; secus v
falsæ virtutes; hæ enim potius ignem, id est, vi
tam & indignationem spirant, & per hoc pessimum ~~que~~
odorem mali exempli relinquunt.

III. Secundum est, ut magnam habeat aestim
tionem de virtute, quam quidem ut concipiat, ~~ni~~
perinde conduceat, quam si certò sibi persuaseret
in hac totam felicitatem hominis in hac ~~præ~~
~~co~~

inam se consistere , simulque semen pro futura quoque sempiter seipsa terna felicitate contineri ; cum vere cujusque rei felicitas in assecutione finis consistat ; finis autem hominis in : Nulla hac vita sit vivere secundum rationem , in altera vero in o , sed fructione beatifica DEI consistat ; ad quam utramque ejus obtinendam virtus sola unicum est efficacissimumque medium , ut ex supradictis patet .

IV. Tertium est , ut bene cognoscat ordinem , connexionemque virtutum inter se ; quem quidem clausit . Connexionemque virtutum inter se ; quem quidem clausit . Laurentius Justinianus indicavit , dum dixit : Di- : quam lectionis radix est caritas , virtutes vero caeterae spiri- e explic tuales rami esse noscuntur , in illa tanquam radice in- iter professiofectae . Succide radicem , & repente rami , fructus exiccantur , & folia . Tolle de corde hominis justifi- cati caritatem , & in fructuose ceterae efficiuntur virtu- tes . Sicut autem rami sine radice non fructificant , ita nec radix sine ramis & fructibus proderit , unde sic quisque studere debet caritati , ut ceterarum quoque virtutum studium non intermittat , nam , ut sapienter discurrit S. Gregorius , una virtus sine aliis , aut omni- dique haec nulla est , aut imperfecta ; quia nec prudentia vera est , quae justa , fortis , temperans non est : nec perfecta temperantia , quae fortis , justa , & prudens non est : nec fortitudo integra , quae prudens , temperans , justa non est : nec vera justitia , quae prudens , temperans , fortis non est . Cujus ratio ex ipsa finis ultimi naturae atque perfectione desumenda est , cum enim hae in unione perfecta cum DEO consistat , ideo prius quidem requiritur Fides , per quam saltem in enigmate , id est , confusè cognoscatur ; quia vero nihil appetitur , nisi cuius obtinendi spes concipitur , ideo & hae caritati premitti debet , & tum demum caritas propositum sibi

F

bonum

bonum amplectitur. Neque tamen in hoc ampliatur, sed cum DEUS felicitatem æternam nos per sua propria obtainere velit, ideo prudentiam exigunt docet media eligere ad talis finem consequentia qualia sunt, ut debitum DEO, & Proximo cultus amorem exhibeamus, ad quod præstandum Justitia clinat; verum non sine grandi difficultate, quia complex impedimentum, scilicet cupiditas bonorum sibilium, & timor variarum difficultatum in exercitio occurrentium creant, ad quorum pre-impedimentorum remotionem aliæ duæ virtutes, perantia nempe, & fortitudo ordinantur, quarum inordinatam cupiditatem, posterior timorem induitum coercet, rationique subjicit.

V. Quartum est, ut apta, solidaque cogitatio media ad virtutem addiscendam; quæ quidem in paragrapho antecedente copiosè sunt explicata, adeò hoc loco non sunt repetenda.

§. II.

De bonis Operibus.

I. Est opus vitæ æternæ meritorium; de Sequentia scienda peculiariter sunt Ascetæ.

II. Primum est, ut bene cognoscatur, quae conditiones ad opus bonum requirantur, scilicet quoad substantiam sit saltem indifferens: quod dum fiat cum debita diligentia & circumstantia quoad finem fiat propter finem supernaturalem, nonnulli brevius expresserunt, dum dixerunt:

*Omne tulit punctum, patitur qui semper, agitque
Quæ vult, quovad modo vult DEVIS, & quæ*